



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Avtvmnalis - A Dominica Decimaquinta post Pentecosten, ad
Adventum

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Quàm gloriosa est victoria finiti certaminis, tam metuendum est ne
certamen non sit finitum: Victori sæpe gravius à vectoria certamen
nascitur, quàm dum certaret ut vinceret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44846

Quam gloriosa est victoria finiti certaminis, tam metuendum est ne certamen non sit finitum.

Victori saepe gravius à victoria certamen nascitur, quam dum certaret ut vinceret.

Ratio est, quia Victori à victoria saepe certamen nascitur contra vanam gloriam & complacentiam.

L. II. c. 7. Sed certamen istud saepe est gravius alio, quia minus hostis percipitur, minus expugnatur, & major inde pernicies. Quia quod victus hic hostis à se ipso victo & expugnato, novas in vincentem accipit & majores ad repugnandum vires. Superata vanitas vanitatem generat, & dum repellitur gloria, repulsa redit, quia repulsa fuit: *Omnia vitia superata marcescunt*, inquit Cassianus, & de vitia per singulos dies infirmiora redduntur: hoc vero dejectum acrius refurgit ad luctum, & cum putatur extinctum, sua morte viracius convalescit. Cetera genera vitiorum eos tantum impugnare solent, quos in certamine impugnavit, hoc vero c. 9. suos Victores acrius insectatur, quantoque fuerit validius elisum, tanto vehementius Victoria ipsius elatione congregitur. Et hac est subtilis inimici verjuria, ut militem Christi propriis faciat telis occumbere, quem hostilibus armis superare non potuit. Et paulo post: Postremo, inquit, cetera perturbationes à contrariis sibi virtutibus dissidentes, & ex aperto, tanquam die claro bellantes & superantur facilius & caventur: Hac autem

Virtutibus inserta & aciei permixta velut in nocte eadem dimicans, atrocius inopinatus decipit & vincit.

Quamobrem sicut Virginibus & Martyribus in primis commendatissimum erat, sancta Virgo & Martyr Catharina sui laudem certaminis & totius gloriam Victoriae Deo referens, sic tota Deo plena erat, ut oblita sui, Deum unum & Christum suum cogitaret, extolleretur, glorificaret & magnificeret, quasi hoc ipsum esset quod Deus suis promiserat: *Laude mea infranabote, ne intreas.*

Hinc apte Divus Augustinus ad illud sancti Apostoli: *Bonum certamen certavi.* *QUAERO* qua virtute certaverit, utrum qua illi ex se metipso fuerit, an qua de super data sit? Sed absit ut tantus Doctor ignoraverit legem Dei, cuius vox est in Deuteronomio: *Ne dicas in corde tuo fortitudo mea & potentia manus mea fecit mihi virtutem magnam hanc, sed memoraberis Domini Dei tui quia Ipse tibi dat fortitudinem facere virtutem.* Quid autem prodest bonum certamen nisi sequatur victoria? Et quis dat victoriam nisi Ille de quo dicit Ipse: *Gratias Deo qui dat nobis victoriam per D. N. Iesum Christum.*

Sic itaque finiendum quodvis opus, ut numquam sit finis dicendi Deo cum Propheta Daniele: *Tibi Domine iustitia: nobis autem confusio faciei. Domine nobis confusio faciei: Tibi autem Domino Deo nostro misericordia & propitiatio.*

De sancto Andrea, Vide in 1. p. in quam frequentius Dies ejus Festus incurrit.

If. 48.

L. de gr. & lib. arb. c. 6.

Dan. 9.

FINIS QUARTAE PARTIS.

INDEX